


Ad lectorem.



Cipe candide lector cōmentaria no-
stra in Apocalypsin, tecum enim lo-
quor nō cū hominibus inquis, & scel-
ſibus, non cum maledicis, & irrisori-
bus, qui omnia conculcant, centurbāc
omnia atq; contemnunt existimant-
tes ſe eſſe ſapientes ſtulticum ſint. Tu
vero pie atq; candide lector, quā re-
cta ſunt laudabis, quā non ita tua
prudentia & pietate, vīl interpreta-
beris, ut excufauis, vel moderate corrigies. Tuā enim correptioni hæc cō-
mentaria noſtra ſubmitto, nedum ſacro ſanctæ matris ecclſiae, cui omnes
labores meos, & lucubrations ab incunabulis tanquam pia mut i que
filios ſuos amplectitur ac miro prosequitur amore dedicauit. Quod ſi fece-
ris, & mihi gratiſſimum erit, & tibi ut ſpero utiliſſimum. Factor me
grauiſſimam prouinciam humeris meis impoſuiffe, & indeſſi laboris o-
pus id tamen multis de cauſis a me factum eſt. Tum, ut ingenium in per-
crutanda tantorum myſteriorum intelligentia exercearem. Ea enim ratio
ne inter alias diuina ſacramenta a ſpiritu ſancto tot in uolucris inuoluta
ſunt: ut electi in inquirenda veritate exercearentur: tum etiam ut vi-
ris, & ſanctitate, & ſapientia pŕeſtantioribus calcaria adderem atque
animum inducerem ad ingrediendum hoc tam immensum, & profun-
dum myſteriorum pelagus. Non enim eſt quare detineantur, & timeat
non eſt quare desperent de comparanda vera huius libri intelligentia,
ſcientes eo dediſſe dominum ecclſię ſuę, alios Euangeliſtas, alios Docto-
res, ut illi diuina nobis enarrent myſteria, hi vero ſpiritu Dei afflati eaſi
de libis exponant. tum denique, hanc prouinciam ſumere non recuſauit,
ut tibi candide lector, tan antiquorum patrum quam iuniorum expli-
cationes varias, & accommodatas, ad cui utilitatem in medium pro-
ferrem. Lege igitur & fruere & interim pro me Dominum praecare.